

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXVIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo CXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

quid est, ⁹⁸ omnes nouerunt signum xpi. nisi crux xpi; quod signum nisi
adhibeatur siue frontibus credentium. siue ipsi aquae ex qua regeneran-
tur. siue oleo quo chrismate unguuntur. siue sacrificio quo aluntur. nihil
eorum rite perficitur; quomodo ergo per id quod mali faciunt. nihil bo-
ni significatur. quando per crucem xpi quam fecerunt mali. in celebra-
tione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur; sed haec haecenus;
quae autem sequuntur. alius ut dicitur optulabitur. differenda uidebimus.
**INCIPIT SERMO CXXVIII DE EO QUOD DICIT ET MILITES
QUIDEM HAEC FECERUNT. USQUE AD INCLINATO CAPITE
TRADIDIT SPIRITUM.**

Crucifixus dno postea quam diuisio uestimentorum eius & iam missa
sorte completa est. quae deinde narra & iohannes euangelista uide-
amus; & milites quidem inquit haec fecerunt. stabant autem iuxta crucē
ihū mater eius & soror matris eius maria cleophae & maria magdalene.
Cum uidisset ergo ihū matrem & discipulum stantem quem diligebat. dicit
matri suae; mulier ecce filius tuus; Deinde dicit discipulo; ecce mater tua;
& ex illa hora accepit eam discipulus in sua. haec nimirum est illa hora.
de qua ihū aquam conuersurus in uinum dixerat matri. quid mihi & tibi
est mulier. nondum uenit hora mea. hanc itaq. horam praedixerat. que
tunc nondum uenerat. in qua deberet agnosce se moriturus de qua fuerat
mortaliter natus; tunc ergo diuina facturus. non diuinitatis sed infirmi-
tatis matrem uelut incognitā repellebat. Nunc autem humana iam pati-
ens. ex qua fuerat factus homo. affectu commendabat humano. Tunc enī
qui mariam creauerat. in notescere uirtute. nunc uero quod maria pepe-
rerat. pendeat in cruce; moralis igitur insinuatur locus; facit quod faci-
endum ammonet & exemplo suo suos intruxit praeceptor bonus. ut a filiis
piis impendatur cura parentibus. Tamquam lignum illud ubi erant fixa
membra morientis. & iam cathedra fuerit magistri docentis; ex hac doc-
trina sana didicerat paulus apostolus quod docebat. quando dicebat.
Si quis autem suis & maxime domesticis non prouideat. fidem negat & est
infideli d&erior. quid autem tam cuiq. domesticum. quam parentes fi-
lius aut parentibus filius huius itaq. saluberrimi praecepti. ipse magister
scōrum de se ipso constituere exemplum. quando non ut famulae di-
quam creauerat & regebat. sed ut matri homo de qua creatus fuerat &
quam relinquebat. alterum pro se quodammodo filium prouidebat.
Nam cur hoc fecerit. quod sequitur indicat. At enim euangelista
- & ex illa hora accepit eam discipulus in sua. de se ipso dicens. sic quippe

commemorare se solus quod eum diligebat ih̄s. Qui utiq. omnes. sed ip-
 sum praeceteris & familiarius diligebat. ita ut inconuiuio superpectus
 suum discumbere faceret. Credo ut istius euangelio quod per eum fue-
 rat praedicaturus. diuinam excellentiam hoc in altius commendaret.
 Sed in qua sua iohannes matrem dñi accepit. neq. enim non ex eis erat
 qui dixerunt ei. ecce nos dimisimus omnia & sequuti sumus te. sed ibi quo-
 q. audierant. quicumq. ista dimiserit propter me. accipiet in hoc saeculo
 centies tantum. habebat ergo ille discipulus centum pliciter plura quam
 dimiserat. in qua e suscipere eius matrem qui illa donauerat. sed in ea so-
 cietate beatus iohannes receperat centuplum. ubi nemo dicebat aliquid
 suum. sed erant illis omnia communia. sicut in apostolorum actibus
 scriptum est. sic enim apostoli erant. quasi nihil habentes & omnia
 possidentes. Quomodo ergo matrem magistri & dñi sui discipulus & fa-
 mulus accepit in sua. ubi aliquid suum nemo dicebat. an quia paulo post
 in eodem libro legitur. Quotquot enim possessores praediorum uel
 domorum erant. uendentes afferebant praedia illorum & ponebant ad
 pedes apostolorum. Distribuebatur autē unicuiq. prout opus erat. In-
 tellegendum est sic distributum fuisse huic discipulo quod opus erat. ut
 illic & iam beatae mariae tamquam matris eius portio poneretur. magisq.
 sic debemus accipere quod dictum est. ex illa hora suscepit eam discipu-
 lus in sua. ut ad eius curam quidquid ei esset & necessarium pertineret.
 Suscepit ergo eam in sua. non praedia quae nulla proprie possidebat.
 sed officia quae propria dispensatione exsequenda curabat. Deinde
 subiungit. Postea sciens ih̄s quia omnia consummata sunt. ut adimple-
 retur scriptura. dicit. sitio. Uas ergo positum erat aeco plenum; illi autē
 spongiam plenam aeco hyssopo circumponentes. obtulerunt ori eius.
 Cum ergo accepisset ih̄s aeco. dixit. consummatum est. & inclina-
 to capite tradidit sp̄m; qui potest quae fecit ita disponere. quomodo
 disposuit homo iste quae passus est. sed homo mediator dī & hominū
 homo de quo praedictum legitur. & homo est & quis agnoscat eum. qm̄
 omnes per quos haec fiebant. non agnoscebant hominem dñm. homo
 namq. apparebat qui dī latebat. patiebatur haec omnia qui apparebat.
 & idem ipse disponebat haec omnia qui latebat. Uidit ergo quia consu-
 mata sunt omnia quae oportebat ut fierent. antequam acciperet ace-
 tum & traderet sp̄m. atq. ut hoc & iam consummaretur quod scriptura pre-
 dixerat. & in sita mea potauerunt me aeco. sitio inquit. tamquam
 dicitur. hoc minus fecistis. date quod estis. iudaei quippe ipsi erant

ac&um. degenerantes a uino patriarcharum & prophetarum. & tamquam
 de pleno uase de iniquitate mundi huius impl&u. cor habentes uelut spo-
 gram cauernosis quodammodo atq. tortuosis latibulis fraudulentum,
 hyssopum autem cui circumposuerunt spongram ac&o plenam. qm
 herba est humilis & pectus purgat. ipsius xpi humilitatem congruenter
 accipimus. quam circumdederunt & se circum uenisse putauerunt,
 unde est illud in psalmo; asparges me hyssopo & mundabor. xpi namq.
 humilitate mundamur. quia nisi humiliasset sem& ipsum factus oboedi-
 ens usq. ad mortem crucis. Non utiq. sanguis eius in peccatorum remissi-
 onem. hoc est in nostram mundationem fuisse effusus. nec moueat quo-
 modo spongram ori eius potuerint ad mouere. qui in cruce fuerat ex-
 altatus a terra. Sicut enim apud alios euangelistas legitur quod hic pre-
 ter misit. in harundine est factum ut in spongia talis potus ad crucis sub-
 limia leuaretur; per harundinem uero scriptura significabatur. quae im-
 plebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur uel greca uel latina uel
 alia quae lib& sonum significans quae lingua promittit. Sicut harundo dici
 potest littera quae harundine scribitur; sed sonos significantes uocis
 humanae usitatissime dicimus linguas. scripturam uero harundinem
 dici quominus est usitatum. eo magis est mystice figuratum; faciebat
 ista populus impius. patiebatur ista misericors xpi; qui faciebat quid
 faceret nesciebat. qui patiebatur autem non solum quid fieret & cur fi-
 eret sciebat. uerum & iam de male facientibus bene ipse faciebat. cum
 ergo accepisset ih& ac&um dixit. consummatum est. quid nisi quod pro-
 ph&ia tanto ante praedixerat. Deinde quia nihil remanserat quod ante
 quam moreretur fieri adhuc oporteret. tamquam ille qui potestatem
 habebat ponendi animam suam & iterum sumendiam. per actis omni-
 bus quae ut peragebantur expectabat. Inclinato capite tradidit spm.
 Quis ita dormit quando uoluerit. sicut ih& mortuus est quando uoluit;
 quis ita uestem ponit quando uoluerit. sicut se carne exiit quando uolu-
 it; quis ita cum uoluerit abit. quomodo cum uoluit obit. Quanta spe-
 randa uel timenda potestas est iudicantis. si apparuit tanta morientis.

**INCIPIT SERMO CXX DE EO QUOD DICIT. IUDAEI ERGO
 QNM PARASCEUE ERAT UT NON REMANERENT IN CRU-
 CE CORPORA SABBATO. USQ. AD. NONDUM ENIM SCIE-
 BANT SCRIPTURAM QUIA OPORTET EUM RESURGERE.**

Postea quam dñs ih& per actis omnibus quae ante suam mortem per-

|